



*Nobilissime & Amplissime  
DOMINE,*

**D**issertationis tuæ de usu &  
abuso Organorum duo  
exemplaria accepi : quo-  
rum alterum Nobiliss. Heroinæ  
nostræ Schurmannæ tradidi. Agit  
ipsa gratias pro munere literario ;  
ago & ego, quas possum maximas.  
Judicium meum voluisse nunc  
quidem perscribere, nisi impedi-  
rent aliæ quædam meditationes,  
quarum editio nunc urgetur ; &  
accuratori diatribæ aliquando  
publicandæ totum hoc, quidquid  
est, reservarem. Schurmannæ no-  
stræ eicona, quem ipsa pinxit &  
sculpsit,

sculpsit, si forte nondum videris,  
 hic exhibeo, atque una versiculos,  
 quibus nuper abiturienti hinc exi-  
 mio J. C. D. Schotano remoram  
 injicere conata est ; sed frustra.  
 Deum precor, te Spiritu suo gu-  
 bernet; ut raro atque admirando  
 exemplo veræ sapientiæ & pieta-  
 tis studia loco ac sæculo tam im-  
 portuno pro viribus porrò ornare  
 ac promovere pergas. Ultrajecti  
 viii Eid. Mart. clo c xli.

*Nobilit. & Amplitud. tuæ*

observantissimus

*GISBERTVS VOETIVS.*

D

*Hacte-*